

Ed. 65

1) Polanus, Arminius

netzt 21 - 25)

Ed 65

nicht
verfügbar
nicht PK

A. A. Ed 65

PROBLEMATUM
THEOLOGICORUM, EX
ORATIONE DOMINICA,
DECADIS SECUNDÆ
Problemata I. II. III.

*In Electorali ad Albim Academia,
In disputationem proposita,*


AUTORE AC PRÆSIDE

IOHANNES FÖRSTERO
SS. Theol. D. & Prof. Ordinario.

RESPONDENTE
M. DANIELE HERMANNO
Wratislaviensi.

Ad 30. Martij horis locog_s consuetis.

WITTEBERGÆ,
Typis JOHANNIS GORMANNI.
ANNO 1611.



Johann Foerster [1576-1613]

Nobili, Clarissimis, Consultissimis, Ex-
cellentissimisq; VIRIS,

Dn.

CHRISTOPHORO HENSCHERO,
U. J. D. Inclutæ VVratislaviensium
Reipub. Syndico ejusdemq; Du-
catus Procancellario,

NEC NON,

Dn.

IOHANNI KRETSCHMARO,
Ejusdem laudatissimæ Reipub. Nota-
rio Ducatusq; Vratislaviensis
Secretario.

DOMINIS & FAUTORIBUS SUIS
OFFICIOSE COLENDIS

Disputationem banc Theologicam

Consecrat

M. Daniel Hermannus
Vratislaviensis.

Respondens.



I. PROBLEMA

Utrum Voluntas DEI una vel multiplex.

Thesis I.



ranscundum nobis à *secunda* Orationis Domini-
nicæ petitione, ad *tertiam*, in qua DEUM sup-
pliciter oramus, ut *fiat Voluntas eius sicut in caelo,*
sic & in terra.

II.

Quæ verba ut rectius perfectiusq; intel-
ligantur non incommodè accuratior de Vo-
luntate DEI instituitur dissertatio.

III.

Ubi primò omnium ea se offert quæstio, cum multiplex
Voluntatis Divinæ mentio fiat in sacris literis: *Utrum illa una*
vel multiplex censenda.

IV.

Cujus ἐργασία ut evadat luculentior; progrediendum no-
bis est, κατ' ὀρθοτομίαν ab (a) Apostolo nobis commendatam,
per distinctiones, harumq; ἐξηγήσεις.
(a) 2. Tim. 2, 15.

V.

Principiò igitur tenendum: Voluntatem DEI considerari
bifariam: 1. ἁπλοῶς, καὶ ἀπλοῶς, prout intra simplicissimam
DEI essentiam vertitur: 2. ἐνεργητικῶς καὶ σχετικῶς, prout se ad
extra exerit.

VI.

Voluntas DEI ἁπλοῶς καὶ ἀπλοῶς considerata, cum essentia *Voluntas*
DEI unquam est simplicissimum ταυτῆ.
DEI una.

A. 2

7. Et

VII.

Et proinde sicut simplicissima DEI essentia adeoq; individua: ita etiam Voluntas DEI in plures sive partes sive essentias dividi nequit.

VIII.

Porro Voluntas DEI ενεργητικῶς καὶ χετικῶς considerata, diversos habet respectus.

IX.

Ejus distincti-
ones.

Atq; hæc sanè diversitas non diversas Voluntatis Divinæ species constituit: sed diversos, solùm unius & ejusdem Voluntatis DEI respectus, & diversos eandem considerandi modos.

X.

Et ab hac diversitate originem trahunt suam illæ, quæ passim circumferuntur Voluntatis Divinæ distinctiones.

XI.

Nos præcipuas saltem isthæc delibabimus, summaq; , quæ fieri potest brevitate & claritate, discutiemus.

XII.

Suprema Voluntatis Divinæ Distinctio est in Occultam & Revelatam.

XIII.

De voluntate occulta sciendum I. Quod revelatæ non sit contraria, alioqui enim in DEUM caderent voluntates contradictoriæ, quod vel cogitatu longè est absurdissimum.

XIV.

Quòd Voluntas DEI occulta non sit mala & injusta, juxta illud πολυβούλητον Augustini (b) *Iudicia DEI occulta esse possunt, injusta esse non possunt.*

(b) 59. ad Paul.

XV.

Revelata DEI Voluntas est & dicitur quam DEUS patefecit in Verbo, vel Legis, vel Evangelij.

XVI.

Quo respectu & ipsa in Voluntatem Legalem & Evangelicam distingui consuevit.

XVII.

Isthæc revelata DEI voluntas à Scholasticis quadruplex consti-

constituitur, 1. Decreti, 2. Permissionis, 3. Signi, 4. Beneplaciti (Ἐ-
δοκίας.)

Longob. lib. 1. dist. 45.

XVIII.

Voluntas decreti in ijs propriè spectatur, quæ ab immutabili
& absoluta DEI voluntate dependent.

XIX.

Voluntas DEI permissiva, maximè cernitur, in peccatis, cum
quorum permissione quidem aliquid concurrit voluntatis Di-
vinæ (DEUS enim non coactè: sed volens peccata fieri
permittit) illa tamen Voluntas non ad peccata sic permissa:
sed tantum & in solidum ad permissionem referenda est.

XX.

Et sic DEUS volens quidem permittit peccata, peccata tamen ipsa
nullatenus vult: sed abominatur & execratur omnimodè.

XXI.

Permittit verò illa non permissione nuda & ociosa: sed
maximè negociosa; qua de re Fulgentius piè & eruditè hunc in-
modum θεολογεί:

Lib. 1. ad Monim. p. 55.

DEUS licet autor non sit malarum cogitationum, tamen est or-
dinator malarum voluntatum, & de malo opere cuiuslibet
mali non desinit ipse bonum operari. Antequam igitur pec-
cata prorumpant, prohibet & dehorratur: dum in actu ver-
santur cohibet, ne latius vagentur: postquam commissa sunt,
punit, & ijs ad bonum aliquod eliciendum pro inscrutabili sua
sapientia uti novit: ut in exemplo primorum parentum, Ge-
nes. 3. in historia venditi Iosephi, Genes. 50. Semei & Da-
vidis, 2. Samuel. 16. & multis similibus patet. Iuste enim
subsequitur severitas iudicis, ubi praeceperit iniquitas peccatoris.
Quia illius rei DEUS ultor est, cuius autor non est, id est, ini-
quitas, quam potest DEUS punire, non facere.

XXII.

De Voluntate Signi in tertio Problemate θεολογεί:

22. 23.

43

23. Voluntas

III.

Voluntas beneplaciti, juxta eruditam & perutilem (b) Damasceni distinctionem, duplex est, 1. προηγυμένη, id est, Antecedens. 2. ἐπομένη, id est, Consequens.

(b) Lib. 2. Orthod. fid. cap. 29.

XXIV.

Antecedens DEI voluntas ita nominatur duplicem ob χάριν. 1. τῆ χάρις πρὸς ἡμᾶς, quod promissionum gratiæ promulgationem, earumq; applicationem, quæ in tempore demum fit, τὸ πρότερον antecedit.

XXV.

2. τῆ χάρις πρὸς τὸν Θεόν, quia hanc voluntatem, in negotio salutis, nulla causa prior apud DEUM antevertit.

XXVI.

Ea quippe omnium prima est & summa ἐν τῇ τάξει consiliorum DEI, ad salutem nostram pertinentium; nec ullius alterius causæ respectus ipsam antegreditur: sed omnes causæ reliquæ, ex hac tanquam causa summa dependent.

XXVII.

Ejus in Scriptura Synonyma sunt: Dilectio totius Mundi, Iob. 3, 16. χάρις Θεοῦ σωτήρ, & omnibus hominibus exorta. Tit. 2, 10. ἡ ζήλοσ της καὶ ἡ Φιλανθρωπία τῆ σωτήρ, ἡμῶν Θεοῦ, Tit. 3, 6.

XXVIII.

Est enim antecedens Voluntas ardentissimum DEI desiderium, quo seriò constanter & ardentè cupit homines ad unum omnes salvos fieri in CHRISTO fide apprehendendo.

Damasc. l. 2. Orthod. fid. c. 29.

Ζητῆ εἶδέναι, ὡς ὁ Θεὸς προηγυμένως θέλει πάντας σωθῆναι, καὶ τὴ βασιλείας αὐτοῦ τοῦ χεῖν. ἔργον δὲ τὸ κολάσαι ἐπὶ λαόν ἡμᾶς ἀλλὰ πρὸς τὸ μισῆσαι τὴ ἀγνοῖαν αὐτοῦ, ὡς ἀγαθός.

XXIX.

Ejus decretum sic se habet: Volo & decerno, ut omnes in CHRISTUM credant & salventur.

XXX.

Sicut patet ex his dictis θεοπνεύματις, quæ de hac Voluntate concionantur. Ezech.

Ezech. 18. *Nolo mortem MORIENTIS, dicit DOMINUS.*
Ezech. 33. *Vivo Ego, Nolo mortem peccatoris: sed ut convertatur & vivat.*

1. Tim. 2. *DEUS VULT OMNES homines salvos fieri, & ad agnitionem veritatis recipere.*

2. Pet. 3. *NON VULT DEUS ULLOS perire, sed OMNES ad penitentiam pervenire.*

XXXI.

E quibus SPIRITUS sancti oraculis lucidissime effulget: Voluntatem DEI antecedentem merè esse universalem & ad singulos & universos homines diffundi, nec unum ex ijs, per illam, à salute excludi:

XXXII.

Sed tamen (id quod maxime est ἀξιωμακόντων) universalitate non absolutà: verùm determinatà ad media salutis consequendæ destinata. Proinde & hæc ubiq; nominatim exprimuntur.

XXXIII.

Atq; hinc universalem hanc totius Mundi dilectionem Theologi quidam Lutherani (id quod etiam Liber Apologeticus Saxon. visitationis ingenuè confitetur p. 291.) contra horribiles Calvinii & Bezae, de absoluto decreto, blasphemias, universalem Electionem nominarunt: sed κατὰ χριστιανῶς & improprie, vel in latiore significatione, Prædestinationis vocabulo, pro decreto DEI de salute æterna, accepto

XXXIV.

Consequens DEI voluntas duplicem etiam ab χέσιν sic est cognominata. 1. Respectu mediorum (quatenus ea usurpantur) ad quæ prævisa consequitur. Unde & à nonnullis, voluntas mediorum κατ' ἐξοχῶν dicitur, sicut altera voluntas finis.

XXXV.

2. Respectu voluntatis antecedentis, cui non quidem τῷ χρόνῳ: sed τῇ αἰτίᾳ succedit.

XXXVI.

Voluntas enim consequens antecedenti non est contraria: sed eidem ἑτεροαλλήως subordinata, vel subalterna.

37. Quem-

XXXVII.

Quemadmodum liquidissime apparet ex gemmea *γνώμη*,
Joh. 3. Sic DEUS dilexit Mundum, &c. Item, ex parabolis de cœna ma-
gna, Luc. 14. Et de Nuptijs, Matth. 22.

XXXVIII.

Idemq; pervenustè & perspicuè illustrari potest similitu-
dine Hortulani, Legislatoris, Patris, &c.

XXXIX.

Ceterùm in hac voluntate DEI consequente duo sese offe-
runt decreta *ἀντιδιηρημένα*, ratione duplicis hominum classis cre-
dentium videlicet & incredulorum.

XL.

Alterum decretum est Electionis ad vitam, concernens creden-
tes, estq; tale: Volo & decerno, ut omnes, qui in CHRISTUM perseve-
ranter credunt, habeant vitam æternam.

XLI.

Alterum est Iudicij & Reprobationis ad condemnationem, spe-
ctans incredulos, & sic habet: Volo & decerno, ut omnes qui in
CHRISTUM perseveranter non credunt, pereant & judicentur.

XLII.

De voluntate Electionis hæc loquuntur dicta:

Joh. 6, 39. Hæc est Voluntas ejus, qui misit me, ut omnis, qui videt
FILIUM & credit in eum, non pereat, sed habeat vitam
æternam.

I. Cor. 1, 21. (*ὁ δὲ νόστος*) placuit DEO, per stultam prædicationem
salvos facere credentes.

XLIII.

De voluntate verò Reprobationis intelligenda sunt hæc dicta
Scripturæ:

Non obedierunt voci Patris sui, quia DOMINUS VOLUIT illos
occidere, 1. Sam. 2, 16.

Et quos VULT, indurat, Rom. 9, 18.

Et VOLENS ostendere iram suam adversus vasa ire, hoc est,
adversus reprobos Divini verbi sui contemtores, ibid. v. 22.

XLIV.

Cui sententiæ etiam subscribit Liber Concordiæ his ver-
bis

bis IN EODEM CONSILIO SUO DECREVIT, quod eos, qui per ver-
bam vocati, illud repudiant, & SPIRITUI sancto (qui in ipsis per verbum
efficaciter operari, & efficax esse vult) resistent, & obstinati in ea contuma-
cia perseverant, indurare, reprobare, & damnationi devovere velit.

In articulo de Prædestinat.

XLV.

Ceterum quia, juxta Philosophum, ad rerum intricata-
rum ἐξακρίβωσιν, non parum faciunt (d) ὁμοίσις σκέψις & Ἀνα-
φορῶν ὁμοίσις: placet utiq; utriusq; voluntatis & ὁμοιότητι: & Consequentis.
ἀνομοιότητι, ὡς ἐν τύπῳ, exhibere.

(d) lib. 1. Top. c. 13.

XLVI.

ὁμοιότης in eo consistit, quod neutra est absoluta: sed u-
traq; hypothese quadam circumscripta, & limitata determinatione, ac
restrictione, eaq; non ad personas quasdam definitas: sed ad ordinem medi-
orum salutis referenda.

XLVII.

Ἀνομοιότητι autem ostendit sequens ἀντιθέσις sex δι-
stinctis constans membris. ἀνομοιότης
Vltuplex.

XLVIII.

Nam 1. Voluntas antecedens spectat ad omnes in univer-
sum homines nemine excluso: Consequens autem tam latè
se extendit minimè. 1.

XLIX.

2. Voluntas enim Antecedens respicit homines, in quantum
homines: Voluntas autem consequens, in quantum tales, vel tales
sunt, id est, creduli vel increduli. 2.

L.

3. Voluntas antecedens mera est misericordia, nullumq; in ea se
offert decretum reprobationis: Voluntas verò consequens par-
tim est misericordia erga fideles: partim judicij adversus infideles.
Ideoq; & geminum inibi decretum Electionis unum: Reprobationis al-
terum. 3.

LI.

4. Voluntas antecedens concernit τὴν δόσιν salutis, ex parte
DEI. eam hominibus singulis & universis serio offerentis, per me-
dia 4.

B

dia

dia ab eis usurpanda. Voluntas autem Consequens refertur ad λήψιν salutis, ex parte hominum, quibus ea Actu confertur per media ritè usurpata: vel non confertur propter media, per obstinationem, repudiata.

LII.

5. Ac proinde Voluntas Antecedens non semper intentionis finem consequitur; siquidem Non respicit conditionem jam In Actu positam.

LIII.

Consequens autem Voluntas semper intentionis finem assequitur; quandoquidem Conditionem In Actu positam semper includit.

LIV.

Ex quo liquet, quàm frivola & inutilis sit Sophisticatio, quando Calviniani omnia, quæ Deus velit, necessariò evenire oportere, ἀπαρόδτως contendunt.

LV.

Idq; ideò, ut evincant inde noluisse Deum omnium in universum hominum misereri, eosq; converti ac salvari.

LVI.

6. Prædestinatio non in Antecedente: sed in Consequente DEI voluntate posita est.

LVII.

Ad prædestinationis enim σύστασιν non sufficiunt sola DEI misericordia, & universale CHRISTI meritum: sed requiritur tota τάξις θεροευσική à qua decretum prædestinationis dependet.

LVIII.

Dependet inquam ut determinatum à sua determinatione; ut ordinatum à sua ordinatione, ut ordinatum à suo subordinato, ut decretum à modo & ordine mediorum decreti.

LIX.

Usus ἐλεγκτικός.

Quæ omnia ut cognitu & recognitu dignissima: ita ἐλεγκτικῶς obvertenda AntiLutheranis: tum Calvinianis tum eorum, hac in parte socio & asseclæ Hubero.

LX.

Utriq; enim non in consequente: sed in Antecedente DEI Volun-

Voluntate Prædestinationem locant, eamq; conditione fidei limitatam negant.

LXI.

Quod ut licentiùs confidentiùsq; ausing: *Distinctionem Voluntatis in antecedentem & Consequentem explodunt*, quasi heri vel nudius tertius à nostris demum Theologis excogitatam.

LXII

Verùm antiquissimam eam esse ac probatissimam tam quo ad *materiam*, quàm quoad *formam*, ex ijs, quæ dicta & adducta hæctenus, meridiano sole est clarius.

LXIII.

Quo ad *materiam* enim, è sacris uriq; literis, ea est desumpta; sicut ostendunt loca superiusculè allegata, quæ quàm diu stabunt (stabunt autem in æternum) stabit & illa distinctio.

LXIV.

Quo ad *formam* verò: termini sanè isti non ante paucos demum annos à nostratibus effecti sunt: sed jam olim (e) à *Chrystomo* (f) *Theophylacto* & (g) *Damascono*, ante 900. annos usurpati.

(e) *Serm. 1. in Epist. ad Eph.*

(f) *in Comment. in eand. Epist.*

(g) *lib. 2. òρθ' π'ς. c. 29.*

LXV.

Et cum res ipsa sacris radicata literis: quid attinet odiosè & ociosè litigare de terminis?

LXIV.

Proinde, illos ab Orthodoxa Antiquitate nobis commendatos, tamdiu retinebimus, donec Adversarij alios, protulerint, salvis interim & integris manentibus *rebus*, quibus *intellectis in verborum usu faciles nos esse convenit*, uti Ciceroniano illo admonemur.

II. PROBLEMA.

An DEUS planè nolit omnium ac singulorum hominum misereri eosq; salvari.

B 2

67. Bla-

LXVII.

*Blasphemia
Spiritus Calvinistici.*

*Blasphemia Spiritus Calvinistici est, quam Beza verbis hisce vel
plusquam horrendis propalam eructavit:*

*Hoc dico nunquam tempus fuisse vel esse, vel futurum, quo DEUS vo-
luerit, velit aut voliturus sit singulorum misereri*

Resp. 2. ad Act. Coll. Momp. p. 194.

LXVIII.

*Bezæ Præceptori voce pariter crassâ & impiâ succinunt Disci-
puli eadem ὡς ἡ Περγουῶν laborantes:*

Boquinus in suis thesibus Heidelbergæ disputatis:

*Quemadmodum electionis: Sic etiam REPROBATIONIS NULLA
POTEST assignari ALIA CAUSA, quàm LIBERUM DIVI-
NÆ VOLUNTATIS PROPOSITUM: ita ut quicumq; ad æ-
ternam mortem reprobati sunt: NON PROPTER PRÆVI-
SAM INFIDELITATEM, aut alia peccata, sed tantum secun-
dum VOLUNTATIS DEI PROPOSITUM, idq; justissimum,
sint rejecti.*

Rennecherus in catena aurea p. 37.

*Reprobationis, NULLA ALIA CAUSA ex Scripturis proferri & assi-
gnari potest, quàm justa & IMMOTA DEI VOLUNTAS,
quod ipse in aeterno illo & arcano consilio, aliquos homines Æ-
TERNO exitio & supplicio, EX SESE & PROPTER SESE ad-
judicaverit, idq; antequam ipsi erant, & aliquid mali fecerant.
Peccatū enim Reprobationis causa NEQUAQUAM potest esse.*

LXIX.

*Doctrina SPI-
RITUS sancti.
Ejus Funda-
menta.*

*Doctrina verò SPIRITUS sancti est: DEUM velle omnium ac
singulorum hominum misereri, eosq; ad salutem pervenire, imò
eorum qui pereunt, interitu nequaquam delectari.*

LXX.

1. ex V. T.

*Fundamenta hujus doctrinæ verè adamantina in utroq;
Scripturæ Instrumento sunt obvia.*

LXXI.

*In Veteri, ut stellæ primæ magnitudinis, præminent & emi-
cant pleno jubare hæc potissimum:*

*Ezech. 18, & 33. NOLO mortem IMPII, sed ut convertatur impi-
us à via sua & VIVAT.*

Con-

Convertimini, convertimini à vjs vestris pessimis: & quare mori-
mini domus Israel.

Nolo mortem MORIENTIS (לֹא אֶחְבֵּץ בְּמוֹת הַמֵּת .)

Non beneplacitum est mihi in *tal* MORI jam MORIENTIS vel
MORTUI.

Sap. II. Diligis enim OMNIA QUÆ SUNT, & NIHIL ODISTI
eorum, QUÆ FECISTI: NEC enim ODIENS aliquid consti-
tuisi aut fecisti,

Quomodo autem posset aliquid permanere, nisi tu voluisses? quod à te
vocatam non esset, conservaretur.

Parcis autem OMNIBUS: quoniam TUA sunt DOMINE, qui amas
animas.

LXXII.

In Novo autem Instrumento huc maximè quadrant hæc ve-2. è N. T.

re *τετραγωνοι*:

Joh. 3. Sic DEUS dilexit Mundum, &c.

1. Timoth. 2. DEUS VULT OMNES HOMINES salvas fieri, &
ad agnitionem veritatis venire.

2. Pet. 3. DEUS NON VULT aliquos perire, sed OMNES ad pœni-
tentiam reverti.

LXXIII.

Sed quid Spiritus iste Calvinisticus? SPIRITUI sancto, per Resutatio-
oracula isthæc, Veritati testimoniū *ἀνυπέυθυνον* perhibenti se-
se opponere non veretur, tectè & occultè actis hinc inde cuni-
culis, quibus hæc immota Scripturæ fundamenta subruere & statum
labefactare se posse confidit.

LXXIV.

Atqui fiduciâ prorsus vanâ & inani; idq; ut in oculos in-
currat evidentiùs, agitè singula eorum *ψαδερυλωδματα* se-
orsim videamus ac diluamus ordinè.

LXXV.

Contra attestationem Iehovæ Ezech. 18, & 33. tria objiciunt; ac
primò quidam, quòd Concio illa promulgetur saltem ad popu-
lum Hebræum.

LXXVI.

Resp: per *συγχωρησιον*. In specie quidem promulgatur He-
bræis,

B 3

bræis,

bræis, ijsq; singulis & universis, & quidem *nominatim* impijs in peccatis suis pereuntibus.

LXXVII.

In genere verò per translationem *ὑποθέσεως* ad *ἴεσιν* omnibus in universum hominibus rectissime adaptari potest, imò debet, ex (g) præcepto Apostoli. (h) Deus enim non est *ὑποθετικὸς*.

(g) 1. Cor. 10, 11. (h) Act. 17, 24. Rom. 2, 11.

LXXVIII.

Secundò contendunt Prophetam sermocinari de impijs qui convertitur, vel quibus datur Conversionis gratia.

Calvinus lib. 3. Inst. c. 24. ff. 15, itemq; Beza & Piscator.

LXXIX.

R. per *ἀγεννησιν*. Expressè enim loquitur DOMINUS per Prophetam de ijs, qui NON CONVERTUNTUR, quiq; ACTU in peccatis moriuntur ac pereunt.

LXXX.

Tertiò prætexunt disleri ibi non de æternali: sed de temporali tantùm morte.

LXXXI.

R. iterum per *ἀπόφασιν*. Mortis enim notione non temporalem: sed æternam mortem indigitari tribus è textu documentis irrefragabiliter evinci potest.

LXXXII.

Primum est, quod mentio fit conversionis, unde constat, de eà agi morte, quæ conversione ad DEUM devitari queat.

LXXXIII.

Secundum est, quod mors κατ' ἀντίθεσιν opponitur vitæ, scilicet *salvificæ*, ad quam resuscitatur per pœnitentiam, cujus pars potissima fides *διωράμῃ* illa *ζωοποιητικῇ* prædita.

Habac. 2, 4. Rom. 1, 17.

LXXXIV.

11. Tercium est, quòd mors temporalis resipiscantibus pariter & non resipiscantibus communis. Mors verò ista non resipiscantibus proprie destinatur.

LXXXV.

Adversus apophthegma Salvatoris πάσης ἀποδοχῆς ἀξίον, Joh. 3. obtendunt, vocabulo Mundi notari FLOREM tantùm generis

generis humani, ut Grynæus loquitur, aut OPTIMAM Mundi PARTEM, id est, Electos, sicut Sophisticæ Architectus (i) Beza sophisticatur, vel, ut Rennecherus cavellatur, solos omnium ætatum electos.

(i) Colloq. Mompelg. fol. 517.

(k) in Cat. aur. c. 22, p. 153.

LXXXVI.

Nos huic Spiritus Sacramentarij Sophisticæ invicta ex adverso opponimus propugnacula, eaq; partim Generalia, partim Specialia.

LXXXVII.

Generale est, quòd constanter negamus, ullum è toto Codice Biblico locum produci posse, quo Mundi appellatione Electos designari probetur.

LXXXVIII.

Et licet sæpius id ab Adversarijs fuerit postulatum: tamen ad hunc usq; diem ab ipsis nequit impetrari.

LXXXIX.

Specialia, quibus contrarium asserimus, hæc annotentur breviter:

XC.

1. Definitio Mundi Johannitica:

1. Joh. 5. MUNDUS TOTUS in Malo constitutus est. (ἐν τῷ πονηρῷ κέῖται)

XCI.

2. ἀντίθεσις CHRISTI, qua Electi Mundo opponuntur imò manifesta ἀγαθισί & ἀντιἀγαθολῆ ἰνδὲ eximuntur.

Joh. 15. Si de Mundo fuissetis: MUNDUS quod SUUM est, diligeret. Quia verò (NB.) EMUNDO NON estis: sed Ego ELEGIVOS E MUNDO: propterea ò odit VOS MUNDUS.

XCII.

3. μερισμὸς Salvatoris, quo τὸ Mundus, ut ξυῶλον, in duas dilpescitur partes Credulos p̄ta vel Electos, & incredulos vel Reprobos. Ioh. 3, 16.

XCIII.

4. Vertigo Spiritûs Sacramentarij, Piscatoris maximè, qui, pro sua quidvis gignendi & fingendi libidine, unicam Mundi voculam quadrifariam exponere non erubescit.

94. 1. (e) De



X C I V.

1. (e) De solis Electis. 2. (f) De solis Reprobis. (g) De solis gentib. quatenus ἀντιδικαίονται Judæis. 4. (h) De solis Iudæis.

(e) Ioh. 3, 16. (f) Ioh. 17, 9. (g) 1. Ioh. 2, 2. (h) Ioh. 16, 8, 9.

X C V.

III.

Catholicum illud 1. Tim. 2. eludere conantur ἄπειραν perquam futili. Statuunt enim Apostolum non de singulis generum: sed de generibus singulorum verba facere.

Calvinus lib. 3. inst. c. 24. ff. 15.

Beza super hunc locum.

X C V I.

Nos obvertimus: 1. hunc Syllogismum è visceribus textus Paulini depromptum:

Pro quibus orandum: eos vult DEUS salvos fieri & ad agnitionem veritatis venire.

Atqui non tantùm pro generibus singulorum: sed pro singulis generum, imò pro impijs etiam orandum, teste Scriptura, & praxi Ecclesie,

Ergo,

X C V I I.

Major nititur αἰτιολογία Apostolica in textu. Minorem confirmant hæc Scripturæ loca:

Matth. 5, 43. Luc. 6, 28. Esaiæ 53, 12. Luc. 6. 23, 34.

Act. 7, 60.

X C V I I I.

2. Interpretationem Aretij, Calvinistarum doctrinæ aliàs ὁλοψύχως addicti, nostræ sententiæ ex asse respondentem.

Omnes homines non solum de tota specie accipio, hoc est, ut ex omnibus nationibus aliquos velit salvari: sed de INDIVIDUIS OMNIBUS.

X C I X.

IV.

Axioma Petrinum 2. Epist. 3. quavis petra firmius infirmare satagunt Beza & Piscator, dum illud ad solos Electos restringunt.

Sed pugnat ista eorum fanatica restrictio,

1. Cum propria ac nativa verborum, quibus Apostolus utitur, significatione.

101. 2. Pugnat

CI.

2. Pugnat cum *antithesi*, qua OMNES ALIQUIBUS ἀντιδια-
βήνται.

CII.

3. Pugnat cum *voce μακροθυμίας*, quæ non ad Electos dun-
taxat: sed ad reprobos etiam pertinet, Rom. 2, 4. 6. 9, 22.

CIII.

4. Pugnat cum *Scopo Apostoli*, exhortantis nempe per Euan-
gelium vocatos ad pœnitentiam. Exhortationes autem μετα-
νοήσιαι universales sunt; & non solum Electos concernunt: sed
omnes (m) promiscuè homines, maximè verò impios peccato-
rum cæno immerfos.

(m) Act. 17, 30.

CIV.

5. Pugnat cum *interpretatione* quorundam procerum ex se-
natu Calvinistico, ut Marlorati, & Calvini, qui in locum isthuc
Petrinum sic commentatus:

Mirus hic erga HUMANUM GENUS amor, quòd DEUS OMNES
VULT esse salvos, & uliro PEREUNTES in salutem colligere
paratus est:

III. PROBLEMA.

*Quo in censu ac sensu habenda & accipienda di-
stinctio Voluntatis DEI in Voluntatem
signi ac beneplaciti.*

CV.

Circa hujus quæsitæ dilucidationem tria veniunt expedi- Tria distin-
enda, ως βεβχύταια: 1. Origo, 2. Abusus. 3. Vsus istius distinctionis. guuntur.

CVI.

1. Originem trahit hæc distinctio ex Theologia Scholastica, 1. Origo.
sicut videre licet, apud Longobard. lib. I. distinct. 45. & 47. & Tho-
mam de Aquino part. 1. q. 19. art. 11.

CVII.

2. Abutuntur illa Zvingli-CA viniani ad stabiliendum suum, 2. Abusus.
illud

C

illud delirium, dum utrumq; Voluntas genus ad eadem obje-
cta referunt: sed ἀντιφατικῶς.

CIX.

Blasphemant namq; in genere quidem, & revelata Voluntate
signi, de peccatoribus dici, quod DEUS eos converti ac salvari
velit: interim tamen, in specie, & abscondita voluntate beneplaciti,
DEUM eos converti & salvari nequaquam velle.

CIX.

Atq; hinc est tritum illud in eorum scholis:

DEUS multa vult voluntate signi, qua nunquam vult ac probat vo-
luntate beneplaciti, Videantur

Beza in Resp. 2. ad Coll. Mompelg. p. 173. & seq.

Zanchius de nat. DEI lib. 3. c. 4. quæst. 3.

Piscator in Analysis in cap. 23. Matth.

CX.

Sed ὁ βλάσφημον καὶ μάλα φορητικὸν ἀίχσμα idque
plures ob causas omnium execratione dignissimum.

CXI.

Nam 1. fingit in DEO contradictorias Voluntas.

CXII.

2. Promissiones Evangelicas planè evacuat

CXIII.

3. DEUM veracem transformat in Hypocritam mendacem,
& Sycophantam sceleratissimum, cui mel in ore exteriùs: fel verò in
corde interiùs.

CXIV.

4. Veritatem Scripturæ omnem suspectam reddit.

CXV.

5. Homines à Verbo DEI scripto & patefacto, abducit ad
occulta DEI adyta.

CXVI.

6. Iphis contradicit Calvinianis, qui aliàs disputant: DEUM
simpliciter & absolutè nolle reprobos salvari.

CXVII.

3. Usus.

Verum deniq; ac genuinum istius distinctionis usum quo l
attinet: tolerari potest ea, si sensu accipiaturo sano & fidei ana-
logo, de objectis planè distinctis.

118. Et

CXVIII.

Et ita quidem, ut *Voluntas signi* ea sit, quam Deus de rebus ad salutem nostram necessarijs in Verbo patefecit, voci Legis & Euangelij inclusam.

Esai. 8, 20. Matth. 17, 5. Luc. 16, 29. Rom. 16, 25. 26. 1. Cor. 2, 7. & 8. 2. Tim. 1, 9. 10. Eph. 3, 9. 10. & 6.

CIX.

Voluntas autem beneplaciti referatur ad admiranda Dei *νεσιμότης* & *ὀδὸς ἀνεξιχνίαστος* tam in Oeconomica & Politica, quam Ecclesie & singulorum hominum gubernatione.

CXX.

Legatur Chrysostronus Germaniæ Lutherus in aureo-
lo in *Genesin Commentario*,
capit. 6.



CXVIII


Primo quidem, in hunc modum, ut si quidem in hunc modum
et aliam notam necessitate in verbo presertim, vobis legere
et aliam notam necessitate in verbo presertim, vobis legere
et aliam notam necessitate in verbo presertim, vobis legere


Etiam autem, ut si quidem in hunc modum, ut si quidem
et aliam notam necessitate in verbo presertim, vobis legere
et aliam notam necessitate in verbo presertim, vobis legere


CXX

I. Item, ut si quidem in hunc modum, ut si quidem
et aliam notam necessitate in verbo presertim, vobis legere
et aliam notam necessitate in verbo presertim, vobis legere









20

A. A. Ed 65

PROBLEMATUM
THEOLOGICORUM, EX
ORATIONE DOMINICA,
DECADIS SECUNDÆ
Problemata I. II. III.
In Electorali ad Albim Academia,
In disputationem proposita,
AUTORE AC PRESIDE
IOHANNE FÖRSTERO
SS. Theol. D. & Prof. Ordinario.
RESPONDENTE
M. DANIELE HERMANNO
Wratislaviensi.
Ad 30. Martij horis locog. consuetis.

WITTEBERGÆ,
Typis JOHANNIS GORMANNI.
ANNO 1611.

